Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 29 (17)

Christophorus mauro: dei gratia: dux venetiarum et c. Nobilibus et sapientibus viris Joanni Lauredano de suo mandato: potestati et Donato barbaro capitaneo Brixie: fidelibus dilectis: salutem et dilectionis affectum. Scripserunt nuper nobis Sp. Dominus petrus de advocatis: et Dnus Antonius de martinengo nobiles cives nostri, unam filiam quon. Mag.ci Domini georgij de lodrono, proxime maritatam esse, Rogantes propterea nos dari sibi ducat. ccc. de provisione, quam nobiles de lodrono a camera ista nostra percipiunt, pro suis nuptijs celebrandis, sicut alias fieri iussimus, erga unam filiam domini petri de lodrono, que similiter viro extitit copulata, volentes itaque annuere honeste petitioni sue, Mandamus vobis, quod de pecunijs eiusdem camere nostre, dari comprimum faciatis prefato sponso, dictos ducatos trecentos, ita quod cum filia dni petri in hoc casu pari ratione tractetur, quas pecunias poni faciatis ad computum provisionis predicte.

Dat. in nostro ducali palatio die xvij novembris indict. xv. Mcccclxvj.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1876309040-15/fragment/page=0001

Morbio 29 (17)

Rta in registro bancho afo 112

pro ducatis ccc dandis pro nuptijs unius filie
quondam d. georgij de lodrono.

prta die 24 nobris.

17 9bre 140.

No 412.

3/ 1466 17. Nov

Nobilibus et sapientibus viris Joanni
Lauredano potestati et Donato Barbaro
capitaneo Brixie.

33. ut numero 26.
de trecentis ducatis dandis
filie Co. Georgij de Lodrono
occasione eius nuptiarum
IV. 25.

Morbio 29 (17)

29/17